

I VERSION

Ovide exilé écrit à sa femme.

Haec mea si casu miraris epistula quare
alterius digitis scripta sit, aeger eram,
aeger in extremis ignoti partibus orbis
incertusque meae paene salutis eram.
Quem mihi nunc animum dira regione iacenti
inter Sauromatas esse Getasque putes ?
Nec caelum patior nec aquis adsueuimus istis,
terraque nescio quo non placet ipsa modo.
Non domus apta satis, non hic cibus utilis aegro,
nullus Apollinea qui leuet arte malum,
non qui soletur, non qui labentia tarde
tempora narrando fallat, amicus adest.
Lassus in extremis iaceo populisque locisque,
et subit adfecto nunc mihi quicquid abest.
Omnia cum subeant, uincis tamen omnia, coniux,
et plus in nostro pectore parte tenes.
Te loquor absentem, te uox mea nominat unam ;
nulla uenit sine te nox mihi, nulla dies.
Quin etiam sic me dicunt aliena locutum
ut foret amenti nomen in ore tuum.
Si iam deficiam subpressaue lingua palato
uix instillato restituenda mero,
nuntiet huc aliquis dominam uenisse, resurgam,
Spesque tui nobis causa uigoris erit.
Ergo ego sum dubius uitae, tu forsitan istic
iucundum nostri nescia tempus agis.

Ovide, *Tristes*

II COURT THÈME

L'histoire vous a fait connaître par une longue suite de faits en quoi consiste le bonheur des états ; mais ce n'est point là le seul avantage que vous en retirerez. Elle vous apprendra encore par quels moyens et avec quel art on peut établir les bons principes chez un peuple qui les a toujours ignorés ou qui les a abandonnés.

Condillac, *De l'étude de l'histoire*, III, 3.